



1

HENRICI LEONHARDI
SCHVRFLEISCHII
CVRAE POSTE-
RIORES

AD
NOTITIAM PRINCI-
PALIS BIBLIOTHECAE VINARI-
ENSIS SIGILLATIM AD CORRECTIONES EMEN-
DATIONES ET ANIMADVERSIONES QVAE HVIC
NOTITIAE SPECIMINIS LOCO
INSERTAE SVNT

ET AD
CHRONICVM HIERO-
NYMILATINVM ET CHRONICVM
EVSEBII GRAECVM ATQVE ALTERVM PASCHALE
PERTINENT

I E N A E
FORMIS KREBSIANIS ANNO cdo Idcc XIV

HENRICI LEONHARDI
SCHWARZKOPF
CVRAE POSTE
RIORIS
AD
NOTTIAM PRINCI
PARIS BIBLIOTHECAE VINAR
ENSIS SIGILLATIM AD CORRECTIONEM EMER
DATIOMES ET ANIMADVERSIONES QVAE HUIS
NOTITIAE SPECIMINIS LOCO
INHERITAE SVNT
ET AD
CHRONICVM HIERO
NYMILATINVM ET CHRONICVM
EYSEN GRAECVM ATQVE ALTERNVM PARALE
LITICVM

LENAE
FORMA KREBSIANIS ANNO MDCCCXIV


*SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO*

**DOMINO
VVILHELMO
ERNESTO**

DVCI SAXONIAE IVLIACI CLI-
VIAE MONTIVM ANGARIAE ET
WESTPHALIAE LANDGRAVIO
THVRINGIAE MARCHIONI MIS-
NIAE COMITI DIGNITATE PRIN-
CIPALI HENNEBERGICO COMITI
MARCAE AC RAVENSBERGAE
DYNASTAE RAVENSTEI-

NII &c. &c. &c.

**DOMINO MEO CLE-
MENTISSIMO**




SERENISSIME PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME




Annus iam tertius est, SE-
RENISSIME PRINCEPS,
ex quo Bibliothecae VVILHEL-
MO-ERNESTINAE, hoc est,
Principalis TVAE, Vinariensis,
quae

hoc circuitu atque orbe temporum haec TIBI,
SERENISSIME PRINCEPS, lux fausta est,
 quae praeterquam Nomen TVVM ueneratione san-
 ctum laetis acclamationibus consecrandum praebet,
 ipsam etiam **SERENITATEM TVAM** cor-
 pore animoque vigentem aspicit, fouet, et amplecti-
 tur, adeo ut nihil aut maius aut felicius Deo Auctore
 nobis tribui, nihil benignius concedi potuerit. Quod
 coeleste beneficium tota Saxonia semper grato ani-
 mo agnoscit, grataque lingua praedicat, laetitiamque
 prodit, et Natalitiis acclamationibus et uotis TIBI
 uenerabunda iam gratulatur. Huius in societatem
 officii, et ego tot tantisque beneficiis cumulatus
 quam maxime uocor, ut partes pii hominis sum-
 mo animi cultu expleam, et uota pro incolumitate
 TVA eum aliis certatim persoluam. Ne autem
 nudis tantum sermonibus et signis debito pietatis offi-
 cio priuatim satisfaciam, sed et publico monu-
 mento aliquo re ipsa me ostendam tanti tanque
 communis gaudii participem, Curas has posteriores
 ad



ad Notitiam Bibliothecae Principalis Vinariensis,
uelut quaecumque obsequii mei pignus, hoc ipso Die
Natali TVO obedienter tradere animum induxi.
Quas nunc SERENITATI TVAE, ea qua par
est deuotione, supplex hic sisto, et Natalitiae Vene-
rationis titulo demisse offero, non dubitans, quin
pro incomparabili Indulgentia TVA, qua perplures
Principes TVI similes superas, sinceram fidelissimi
animi mei fiduciam clementer accepturus, et sin-
gularem illam bonignitatem, qua me ac Curae
meae commissam Principalem Bibliothecam TVAM
hucusque profecutus es, constantissimo deinceps af-
fectu sis continuaturus. Quod reliquum est, Deum
immortalem cuius ui, potestate, numine, continen-
tur omnia et reguntur, oro venerorque, ut TE, SE-
RENISSIME DVX, Saxoniae Decus et Delici-
um, saluum semper et incolumem seruet, omnium-
que, quae expeti possunt, bonorum copia cumula-
rum in uera et stabili felicitatis possessione porro con-
firmet, nutuque suo coelesti tandem efficiat, ut
gloria



gloria TVI Principatus aeterna sit, et, quod uotorum
caput est, Natalis TVVS secundus et quinquagesimus
tranquilla Republica quam saepissime redeat, et quo-
ad usque longissimus uitae humanae terminus extendi
potest, quam fortunatissime celebretur. Quod tan-
to sanctius, quanto iustius TIBI PRINCIPI, nato
ad benignitatem, instituto ad pietatem, facto ad
omnes Maiorum TVORVM laudes, uoueo.

SERENITATIS TVAE

Scribebam Vinariae XIV Kal,
Nou. A.O.R. clo lccc XIV,

DEVOTISSIMVS

HENRICVS LEONHARDVS SCHVRZFLISCHIVS,

IN SVPREMO SENATV ECCLESIASTICO CON-
SILIARIVS ET BIBLIOTHECAE PRINCIPALIS
DIRECTOR.



CVRAE POSTERIORES
AD
CHRONICVM EVSEBĪ HIERONYMIANVM.

Ad *ἑρμηνεύσεως* p. XLI, uers. XIII.

Errat EVtychius, qui EVsebium ideo putauit *Pamphili* dictum, quod Episcopus urbis Philes fuerit, indeque eum *episcopum urbis Philes* nuncupauit. Vid. Maruille Melang. Tom. II. p. 212.

ad u. XIIX.

Alii EVsebium Samosatensem inter sanctos referunt, et d. XXII Iunii memoriam eius recolendam esse obseruant. Horologium Graecorum, mense Iunio, T. 8. b., ita, *κβ. τδ̄ ἀγίου ἱερομάρτυρος ἐυσεβίου, ἡπισκόπου σιμωνιάτων.*

ad u. XXIV.

Vt heterodoxi eius temporis ab EVsebio Nicomediensi uocati sunt *EVsebiani*: ita orthodoxi ab EVstathio Antiochiaepiscopo nomen *EVstathianorum* sunt nacti. Consule Nicephor. H. E. lib. IIX, cap. XLV, fine, et lib. IX, cap. XLIIX.

ad u. ult.

EVsebium Caesareensem ante concilium Nicaenum Arianis fauentiorem fuisse, non negari potest, quum ex Arii et

A

EVse-

EVsepii Nicomediensis epistolis, a Nicephoro, lib. IIX, capp. IX et X, relatis, id clare pateat. Postea tamen eos deseruit, ideoque etiam Arianorum ἑλεγχον incurrit, quod ipse fatetur EVstathius in ἀποσπασματίω illo, quod apud Nicephorum lib. IIX, cap. XXI, legitur, συνήθως δὲ ἔγραψαν, ΟΜΟΟΥΣΙΟΝ ΤΩ ΠΑΤΡΙ. ἢ τοῦτο ἐγίνωσκεν εὐσέβει ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς καισαρείας, ὅτι ἀγράφοι εἰσιν αἱ λέξεις, ἐλεγχεται δὲ παρ' αὐτῶν [Arianos cape, quod eas approbarat] ΜΑΤΑΙΩΣ. ἐξ ἀγράφων γὰρ καὶ κείνοι ἀσεβοῦντες ἦσαν. Apud Theodoritum etiam habetur EVstathii idem locus, sed uel mutilus, uel a Theodorito, qui EVsebio erat iniquior, EVsepii mentione truncatus. Post concilium Nicaenum Arianismum EVsepium aperte non defendisse, non inficiatur Nicephorus H. E. lib. IIX cap. XIX extremo.

Ad p. XLII, u. 23.

Voce ΟΜΟΟΥΣΙΟΣ ante concilium etiam Nicaenum quidam e Patribus, inter quos Iustinus Martyr, usi sunt, testante apud Nicephorum, H. E. lib. IIX cap. XXII, Athanasio. Utitur eodem Macarius, homilia XVII, ubi sub finem legitur, τῇ ὁμοουσία τριάδι. Improbavit ex orthodoxis eam uocem Dionysius Alexandrinus, de quo Basilius, epist. XLI, et ex eo Nicephorus lib. VI, H. E. cap. XXV. adde H. Grotium, epist. XLIII, p. 15. ed. ultimae.

Ad p. XLIII, u. 14.

Arianam haeresin ex Origenis fontibus processisse crediderunt olim haud pauci. Legenda imprimis Suidae, uoce, ΟΡΙΓΕΝΗΣ, nota secunda.

ad u. 18.

Socratis de EVsebio orthodoxo iudicio non audet subscribere Nicephorus, qui, lib. VI H. E. cap. ultimo, recensito eius de EVsebio iudicio, subiungit, ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἀγράφως τὴν ὀρθὴν ἡσυχαστικὴν δόξαν, συνέθεμαι, εἰ δ' ἐξ ὧν ἐκείνου ἀνέγνων, πολλοῦ δέω ὑγιαίνουσιν καὶ ἀκίβδηλον τὴν ἐκείνου ἰσχυρὰν πρὸς τὴν πίστιν ὑπολαβεῖν. Idem eiusdem Socratis uerbis denuo, lib. IX, cap. XIII, productis addit, ἐγὼ δὲ βουλομένην ἀν' ἑαυτὸν τὸν ἀποστασίαν εἶναι τοιοῦτον, ἢ δὲ καθό-

A

καθόλου ἐκκλησία οὐ τοιοῦτον τάχα ἐπέληφεν, ἢ μάλλον ἐπέσχε δίκαιον. εἰ δὲ ἐκείνη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τῆς εὐσεβείας ὄσιν, ὡς οὐτός φησι, καὶ ταῦτα ναυάτ [lege ναυαπιανός] ὦν, τῷ τὰ κρύφι ἀκριβῶς διειδότε θεῶ ἑατέον. Nihilominus inter sacrosanctos Patres *EVsebi-um narnanitem* retulit Apollinaris Sidonius, lib. IV, epist. III, centum, et paucis, qui excurrunt, annis, *EVsebio iunior*. Alius est *EVsebius Caesareae* episcopus, quem Gregorius Theologus epistolis suis dignatus est, et, epist. XIX, τὸν Θεοφιλέστειν Ἰπρίσκοπον ἡμῶν uocat. Ex pronomine tamen addito, epistolaque Gregorii XXIX, apparet, *Caesareae in Cappadocia* hunc *EVsebi-um* sedisse. Nihilominus potest esse, ut Malala hunc locum legerit, et, qua est oscitantia, exinde τὸν Θεοφιλέστειν χρονογρά-φον nobis dederit, quem plurimi alii, nescio an firmis satis argumentis, Arianismi accusant. Fecit id nunc nuper uir aetate nostra κρηικώτατος, Bernhardus Montfauconius, sed rationibus ex solis uiri scriptis depromptis, quae forte ab Arianis, qui eum cingebant, uiuente etiam adhuc *EVsebio*, interpolata sunt. Acacio, *EVsebio* successori obiiciebatur a synodo Seleucienfi, ὡς εἶη διαφόρως γράψας ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, οὐς καὶ ἐκδέδωκε περὶ πίστεως. Respondit ille, ut autor est Nicephorus, lib. IX, cap. XLIII, H. E, ὅτι οὔτε νέος τις, οὔτε τις τῶν ἀρχαίων ἀπὸ συγγραμμάτων εὐθύναις ἔχεν. In eo assensit Eleusius Cyzicenus, post alia ibi subiiciens, ἀλλ' οὐδὲ, εἰ μὴ καλῶς, ἢ ἄλλως ἔχῃ, ἀ ἀυτοὶ ἐθεντο περὶ πίστεως, ἐπ' ἀνάγκης πολυπραγμονεῖν. Hic Acacius uitam *EVsebio* scripsit, teste Socrate, cuius uidelicet discipulus, et heres librorum fuit, ut narrat Niceph. lib. IX, cap. XLIII.

Ad p. XLIII u. 9.

Graeca excerpta e chronico Georgii Syncelli pro *EVsebianis* edidisse Scaligerum queritur H. Valefius ad Polyb. p. 378. ed. Gron.

Ad p. XLVII u. 1.

Pamphilus ὁ μάρτυς ἐν τοῖς εἰς ἀργέντω πονηθεῖαν αὐτῷ ἐπι-βλήσις laudatur a Nicephoro H. E. lib. XI, cap. XX. Sed non omnes Pamphili Martyris sententias in ecclesia esse receptas,

commodum monet Georgius Corcyrensis metropolita, apud Allatum, de lib. eccles. Graecor. dissert. II, p. 313. *Origenis nonnulla opuscula, quae uir beatus, Hieronymus, non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia, cum auctore suo, dicimus esse reuenda.* Dist. XV, Sancta Ro. ecclesia.

Ad p. XLVIII. u. 13.

Quae Eusebius e Iulio Africano habet, e quinque libris *ζρόνων ἀναγραφή* depromta esse, docet Nicephorus lib. V cap. XXXI, ubi de Africano ita pergit, *ιούλιου δὲ, ὁ συγγραφεὺς, ἀκρίβους τῶν ζρόνων ἀναγραφή ἐξημάτισεν ἐν πέντε ἀουδάσμασι ταῦτα καταλιπών.* Tum aperte ab his distinguit *κεσοὺς* eiusdem Africani, de quibus uide, praeter alios, scholiastam Anthologiae, p. 610. Alii *τὰς κесоὺς* nostro Africano abiudicant, inter quos Th. Reinesius, Var. Lect. lib. III. cap. II. p. 352, Henr. Vales. ad Eusebii H. E., ante omnes Scaliger. Sed uindictant eos nostro Is. Vossius ad Catullum, p. 30, Naudaeus etiam, Lambecius, Rod. Wetstenius, Cuius, Baruoetius. Vide Colomesii paralip. de script. eccles. p. 250, et catal. mss. Vossii, p. 847.

Ad p. XLIX. u. 22.

Nicephoro in recensione Eusebii scriptorum satis fuit, dicere, *καὶ ἄλλη δὲ αὐτῷ εἰλεῖται ἐμφέρειται, ἣν κανόνα ἐπέγραψε, τὰς τῶν ζρόνων ἀκριβοῦς ἀναγραφή.*

Ad p. LII. u. 12.

Adde Said Aben-Batrach, scriptorem Arabicum, qui cum Epiphano in hoc consentit apud Io. Seldenum de diis Syris, Synt. I, cap. III.

Ad p. LVI. u. 26.

Annus Christi DXXIX Nicephoro *τῷ ξανθοπέλου*, H. E. lib. XVI, cap. XLV, est annus mundi *στ δ*. In interprete est, annus a mundo condito sexies millesimus trigessimus quartus. Hic ergo legit, *στ λ δ*. Et utique uera haec est posterior lectio, ut ex eiusdem Nicephori lib. XV, cap. XXIX, clare patet, ubi annus Dominicus CCCCLXXXV dicitur Nicephoro annus a mundo condito esse quinquies millesimus noningentesimus.

Adde

Adde utrinque annos XLIII, quot comprehendit liber Nicephori XVI, et uidebis, me uera dixisse. Monui, ne Graecus Nicephorus scrupulum non memini possit iniicere, et ut perspiciamus, alios etiam historicos periodum quandam historicam eo anno finisse.

Ad p. LVIII. u. 2.

De Pontacena EVsepii editione, ipsoque Arnaldo Pontaco, episcopo Vasatensi, curiosas adde observationes P. Colomesii, Gallia orientali, p. 105.

AD NOTAS IN LIB. I. EVSEBII ΧΡΟΝΙΚΩΝ.

Ad p. LIX. u. 9.

Basiliius hoc ait ἔλκειν τὸν αἶμα τῆτον, hom. VII in hexaem. p. 88. Tom. I 00.

ad u. 14.

Mercurii has stelas nunc nuper νοθείας contigit Saniorius personatus, Tom. II. de la Bibliothéque, cap. XXIII. Adde et de his stelis If. Voss. de mundi aet. cap. X, p. 271. Plinius lib. VII, cap. LVI, *Epigenes*, ait, *apud Babylonios, DCCXX annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas, docet.* Id ad Sethanas columnas refert Allatius ad EVfrath. p. 216. Ceterum in Manethonis loco *σεργική γῆ* omnino puto emendandum esse, quod terram Seriadicam in AEGypto quaerendam recte post alios etiam, H. Dodwellus, appendice ad dissert. Cyprianicas, Syringes autem in AEGypto ponantur a Pausania. Sarangae Indiae fuerunt populi, quorum Herodotus et Plinius meminit. Vide If. Casaubon. ad Polyaeu. p. 654. Polybius in excerptis, lib. X, cap. XXIX, p. 838. *τὴν δὲ προσαγορευομένην σύργια πόλιν συνέβαινε καὶ οὐ μακρὰν τῆς τὰ μέρη εἶναι δὲ τῆς ὑβανίας ὡσαύτως βασιλείου.* Idem Polybius de Agathocle Alexandriae in seditione Sy-

ringem, locum urbis, petente, ἀνεβαινεν εἰς τὴν σίριγγα, τὴν μεταξὺ τῶν μαϊάνδρου, καὶ τῆς πελαίσεως κειμένην. Manethonis priorem Mercurium Sethum esse, statuunt plurimi. Vide tamen, ne Chamus potius intelligendus sit. Sane has columnas a Chamo statutas esse uoluit Cassianus, coll. IIX, cap. XXI. Petrus Comestor in histor. Scholast. Gen. cap. XXXIX, *Ninus uicit Cham, qui regnabat in Bactria. Is dicebatur Zoroastres, inuentor Magicae artis, qui et VII liberales artes in XIV columnis scripsit, VII aeneis, et VII lateritiis, contra utrumque iudicium, uel diluuium, aquae scilicet et ignis.*

Ad p. LX. u. 15.

Laudatus est Eustathius ὑποβολιμαῖος e Goari indicio. In ed. Allatiana, p. 47, legitur, ἥτις ἄχρη τῆς δευτέρας μέρους ἐν γῆ τῆς σηριαδῆς ἐσηλωμένη. Th. Burnet. archaeol. philos. lib. I. cap. VIII, p. 82, antediluvianas, quas memorat Manetho, stelas, et Sethanas Iosephi easdem esse contendit, cum non multum discriminis praecipue sit inter uocem σηριαδική Manethonis. Afferret et Marcellini Ammiani locum, et notat aetate Procli has stelas adhuc in Aegypto esse uisas, qui quippe e Crantore dicat, ἐν σήλαις ταῖς ἐπὶ σωζομένης γεγραμμέναι. Adde et Iamblich. de myster. Aegypt. lib. I cap. II. Idem Burnetus, d. l. p. 96, de eodem Eusebii ῥησιδίω agit, sed rem in dubio relinquit, et nihil denique immutare audet. Cum Marshamo Vossius de aet. mundi, p. 271, in Syncello legit, ἐν τῇ σηριαδικῇ γῆ. Glycas τὸ σείριον ὄρεος uocat, quemadmodum Said Aben-Batrach, in libro Arabico, theca gemmaria, apud Seld. de Diis Syris, p. 45, narrat, Sethi familias, posterosque, montis occupasse cacumen, in quo Adam sepultus sit.

Ad p. LXI. u. 29.

Chananaeos, eiectis Semitis, quibus in diuisione orbis ea regio obtigerat, Palaestinam occupasse, uolueret etiam Epiphanius, haeresi LXVI, n. 83, et e recentioribus Io. Lightfoot, decad. chorogr. Marco praemissa, cap. X, Cl. Frassenius, disquis. bibl. p. 221, P. Pezronius, alii.

Ad

Ad p. LXVI. u. 27.

Sic ἀλειψῆ legitur usurpatum apud Gruterum, opere inscriptionum, p. CCCXIII, i.

Ad p. LXVII. u. 7.

Gentili αἰγιεύς utitur Polyb. exc. leg. LXXXI, p. 1258, et CXXIX, p. 1331, et CXLIII, p. 1354, et 1358. Tamen exc. leg. CXXVI, p. 1338, iunguntur nomina, μηθυμναίων, αἰγέων, κυμαίων, ἡρακλειωτῶν. Legendum et hic forte, αἰγιέων.

ad u. 16.

Βαργυλιῆται uocantur Polybio, lib. XVI, cap. XI, p. 1018, et Βαργυλιήτης in adducto Stephani loco legendum censet L. Holstenius, p. 63. a. Adde Io. Frid. Gronouium ad Liuii lib. XXXVII, cap. XVII, p. 375.

ad u. 21.

De hoc Nicostrato adde Iacob. Nicol. Loenssem, Epiphyll. lib. IX cap. V.

Ad p. LXIX, u. 9.

S. holia EVripidis ad Orest. u. CXL, ἔστι δὲ δρεβύλη εἰδῆ ἰσοδύματ' ἡνωτικίου κόιλῃ καὶ καθέτῃ. In scholiis Nicandri, ad Theriac. u. CCCXXIII, ubi uersus EVripidis laudatur, male δρεβύλη scribitur.

Ad p. LXX. u. ii.

Non tam Liuii locum ante oculos habuisse Dexippus uideatur, quam alium Polybii, qui intercidit. Polybium sane haec omnia plane commemorasse conicio ex exc. leg. XCIII, p. 1283. sq. De Dexippo uide EVnapium uitae Porphyrii fine.

ad u. 19.

Strymonem ex urbe Amphipoli amoene erat conspiciere. Vide Gregorium Theologum, tom. I. 00. epist. LXXXI, p. 836, et epist. VII, p. 771. Michael Psellus, cap. CXXXIX, de omnigena doctrina, ὁ δὲ στυμῶν καὶ ὁ ἔβρ' ἐκ τῶν σκόμβρου.

Ad p. LXXI a. u. 19.

De uocis περιδικός usu adde Huetium ad Orig. comment. obseru. p. 33, ubi ex Origine etiam usum huius uocis stabilit.

ad

ad u. 17. b.

AENUM et Maroneam opportuna Graeciae loca vocat Liuius, lib. XXXI, cap. XV, eo nomine castigatus a Gronouio, p. 20. Polyb. excerpt. legat. XCIII, p. 1279, ἐπι δὲ καὶ τὴν ἰταλίαν ὄντων αἰτιάλα, τὴν μὲν αἶνον, καὶ τὴν μαρωνίαν (ita ibi scribitur) ἠλευθέρωσεν ἢ σύγκλητον, ἀθελήσουσα τὴν ἐπαγγελίαν.

Ad p. LXXIII. u. 6. b.

Huius regionis Macedoniae secundae incolae οἱ ἀνω μακεδόνες uocantur Polybio lib. V. cap. XC. p. 608. Ibidem idem pergit, αὐτοὺς δὲ ὡς φλαβῶν τοὺς ἐκ τῆς βοτῆας καὶ τῆς ἀμφαξίπιδος ἤκεν ἔχων εἰς ἐδέσαν.

Ad p. LXXV. u. i. a.

Thessalonice a Polybio apud Strabonem aliquoties uocatur θεσσαλονίκη. De eius splendore uide Theodorit. V. 17, Antipatrum lib. I. Anthologiae, Iulianum, orat. II, p. 190, et 200, alios.

ad u. 10.

Palagonia uocatur in historia belli sacri, a Mabilione Tom. I Musei Italici edita, cap. IX, p. 145.

Ad p. LXXVI u. 7.

De hac re ita Polybius, apud Athenaeum, ὁ δὲ ἀντίοχος ὁ ἐπιφανῆς ἀκούσας τῆς ἐν μακεδονίᾳ συντελεσθέντος ἀγῶνας ὑπὸ αἰμιλίου παύλου, τῆς ῥωμαίων στρατηγῶν, βουλόμενος τῆς μεγαλοεργίας καὶ τῆς δωρεᾶς ὑπερᾶραι τὸν παύλον, ἐξέπεμψεν, et reliqua. Nam totum spectaculum fuisse ibi recensetur.

Ad u. ult.

Refert Polybius excerpt. lib. XVII. Valef. de uirtut. et uitiis, p. 1427, λεύκιον μὲν καὶ αἰμύλιον, ὁπερ σὺ νικήσας, κύριον γενόμενος τῆς μακεδόνων βασιλείας, ἐν ᾗ, τῆς ἀλλῆς χωρὶς κατασκευῆς ἐχορηγίας, ἐν αὐτοῖς εὐρέθη τοῖς θησαυροῖς ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ πλείων τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων, οὐχ ὅσον σὺ ἐπεθύμησεν τῶν πινός, ἀλλ' οὐδ' ἀπόπτης ἢ βουλήθη γενέσθαι, δι' ἐτέρων δὲ τὸν χειρισμὸν ἐποίησας τῶν περιεργημένων.

Ad

Ad p. LXXIX. u. 14. a.

Vxor Persei Laodice dicitur et a Rhodiis ad eum deducta esse memoratur Polybio exc. leg. LX, p. 1214. Sed et Cotyos, Odryfarum regis filius, ὀμηρείας χάριν δοθείς εἰς μακεδονίαν, ἐαλώμενος τῶν περσέως τέκνων, ut refert Polybius exc. leg. XCVI, p. 1286. Ceterum aliis hic Perseus uocatur *Perses*, αἰολιστὶ περσεύς, πέρσης. Propert. I V, Eleg. XI, 39.

Et Persen proaui stimulantem pectus Achillis.

Cicero, IV Catil. c. X, Habeatur uir egregius, L. Paullus ille, cuius currum rex potentissimus quondam et nobilissimus, Perses honestauit. Ibidem Scholiasta Anonymus, quem nonnulli Vulcatium Sedigitum dicunt, p. 473, regem Persam eundem uocat. Adde I. Machab. VIII. 5.

Ad p. LXXX, u. 80.

De usu uocis βασιλεύειν, τῆσσι, βασιλέα ἀποδεικνύειν, uide omnino R. Montacutium ad pag. i. lin. 17. Gregorii Nazianzeni σηλιθ. α. Ctesias in excerptis περσικῶν, p. 6. ed. Stephani, ἐβουλώσαντο βασιλεῦσαι τὸν μᾶγον.

Ad p. LXXXI, u. 23.

Λυσανία ἀβίλα memoratur etiam Lucae III, i. De Lyfania uide omnino H. Norisium ad Cenotaph. Pis. diff. II. p. 230. sq. Polybius, lib. V. cap. LXXI, καὶ κατασχὼν εἰς τὴν γαλάτιν, κύριον γίνεσθαι ἀβίλων. Ibi γαλάτις est, quae infra Iosepho γαλαδινή dicitur.

Ad p. LXXXII, u. 12.

Belli sacri historia e MS. a Mabilione, tom. I. musei Italici, part. II, edita, cap. CXXXIII, p. 231, *Postquam locum quendam aptum ad inferendas usquequaque praedas, inuenit, qui nunc Bizan, olim Bethsamis, ut in primo Regum legitur, appellatus est.* Sed Bethsames potius intelligenda uidetur. Scythopolews mentio I. Machab. XII. 29. τὴν σκυθῶν πόλιν hancce memorat Polybius etiam, lib. V, cap. LXX, p. 576.

B

ad

ad u. 23.

De Mausoleo Artemisiae pluribus egit L. Allatius ad Philonem Byzantium de VII mundi spectaculis, p. 95 -- 104. Felix Faber, qui uixit circa annum Christi CIO C C C C L X X X, histor. Sueu. lib. II, p. 311. ed. Goldasti, eodem fere errore *Musaeolum* pro mausoleo dixit. Ambrosius, epist. XXXIII, quam constat suppositam esse, narrat, Constantiam Patrem et fratrem rogasse, ut basilica b. Agnetis construeretur, et sibi *mausoleum* collocaretur. Non conuenit sanctitati Constantiae, ut mausoleum sibi ex peteret, et uetus codex abbatis de Noalliis apud Mabilionem, Itin. Ital. p. 84, *mansionem* habet, non *mausoleum*. *Mansum* etiam, pro mansione, dixere ueteres. Inde τὸ *ἑσπορευτικόν*, *mansolum*, quod equidem reponendum puto.

Ad p. LXXXIII. u. 15.

Non procul Edeffa Carras esse, procedit etiam e Nicephori H. E. lib. X, cap. XXXIII, Lucanus

Affynias Latio maculauit sanguine Carras,
clade uidelicet Craffi nobiles.

AD CHRONICVM PASCHALE.

Ad p. LXXXV. u. 6.

Raphia urbs est Palaestinae, uel Phoeniciae. Vid. Liuius lib. XXXV, cap. XIII, et ibi Grononius P. p. 256. Memoratur ea etiam Polybio, V. 80. p. 589. An Sibylla aliqua *Raphia* inde dicta? *ῤῥῆῖον* amplius.

Ad p. LXXXVII. u. 3.

Tamen Solinus, *Scythas*, ait, *Persae lingua sua Sacas dicunt, et inticem Scythae Persas Chorsaros.* An inde *Cossaci* nostro tempore? Adde Seldenum de Dis Syris syntagm. II, cap. XIII, et praeterea Guilielmum Burtonum, histor. ling. Pers. p. 93.

ad

ad u. penult.

Inde ἡ τῆς κοίλης συρίας ἀντιόχεια uocata est Antiochia ἡ δάφνης, uel Ἰπὶ δάφνης. Vide Iac. Godofredum ad anonymum Geographum notis, p. 13, et praecipue p. 15, ubi de Daphne, et Apolline Antiochenfium Daphnaeo, plura habet. Ceterum Daphnem prae luxuria in eo nemore solemni nemo prudens facile adiit. Vide Sozomenum H. E. lib. III, p. XIIIX. Egregiam plane eius loci ὑποτύπωσιν dedit Nicephorus ὁ ξανθοπούλου Callistus, lib. X. H. E. cap. XXIX.

Ad p. LXXXIX. u. ult.

Solebant nempe etiam εὐεργεσίας in stelis olim scribere. Vide scholiorum ad ἀ. σηλί. § Θεολόγος frontispicium, et Nonnum, ἐξηγήσθ. ἱστοριῶν, p. 127, eaque adde, quae habet inde Suidas.

Ad p. LXXXIX. u. 12.

Haec locutio, ἔσω εἰς τὸν πεπυλεῶνα, non uidetur esse plane neograeca, cum uoces ultimae ἐπεξηγήσεως loco adiectae uideantur, plane ut apud Plut. in Aristide, p. 588. ed. Stephani, dicitur, ὑπὸ τῶν πινάκων καὶ τῆς θαλάσσης ΕΙΣΩ, ΠΡΟΣ τὴν ἀπικὴν, ἀποβιαζομένων.

Ad p. XC. u. 6.

Etiam apud Ciceronem in emendatis libris est *Muluius*, non, *Miluius*, III Catil. cap. II, et lib. XIII ad Atticum epist. XXXIII. Neque aliter ad primum locum scribit Scholiasta ἀνώνυμο, p. 464. Apud Nicephorum τὸν ξανθοπούλου, lib. VII H. E. cap. XXIX, τὴν καλουμένην Φουλβίαν γέφυραν, legitur. Legendum, me indice, μουλβίαν. Interpres errorem uidit, sed *Miluium* cum vulgo uocauit.

Ad p. XCI. u. 3.

Multa de hoc Iacobo Ppsychrista habet Th. Reinesius *Variarum Lect.* lib. III, cap. II, p. 350, ubi ex Aetio docet tetr. 3, ferm. 4, cap. XLIII, ψυχριστὴν uocatum esse, adeoque Salmasianam lectionem in primis stabilit. Meminit et Gariopontus lib. III praeeon. Saltim ψυχριστὸς uocari nequit. Ad formam enim τῶ

χειρὸς significatio deberet esse passiva, quae quidem hac in uoce actiua est. Ergo vel ψυχριστῆς uocatus est, uel tamen ψύχρισθῶ, *προπαροξύονως*. Suidas eum a reliquis medicis, tanquam θεοφιλή proficissimum esse, ait. An θεοφιλή uertendum, Deos amantem, magicos nempe? Sic θεόφιλον esset scribendum. Vocabant Graeci τὸ θεοφιλές, quando quis mira et ante inaudita infita quadam naturae uis, ut ipsis uidebatur, prodebat. Sic Xenophon de Socrate ait, ἐμοὶ δοκεῖ ὁ ἀνὴρ θεοφιλέας μοίρας τετυχηκέναι. In quibus porro hoc θεοφιλές offendebatur, nuncupabantur θεῶ φίλοι, et iunctim θεοφιλεῖς. Collecta in Typico S. Sabbae monasterii, cap. XXIV, a. d. XIV Iunii, quae est sacrata memoriae Tychonis τῆς ΘΑΥΜΑΤΟΤΡΟΪΑΣ, ita pergitur, καὶ ἐξ ὕψους καθυπεδέξω νόσους ἰάσθαι. Διὰ τοῦτό σε τιμῶμεν, ὡς θεοῦ φίλον, τύχων μακάριε.

Ad p. XCII. u. 10.

De Solomone, quod non fuerit magus, prout cum Iosepho uolunt nonnulli, Naudaeum consule in apologia pro uiris eruditae Magiae infimulatis, p. 428 -- 434. Testamentum Solomonis, quod in MS. euoluit Gilbertus Gaulminus, etsi ad istud in explicanda magica materia, notis ad Psellum, aliquoties prouocet, rectissime tamen librum nugicanoricrepum uocat et fictum. Nihilominus, quae uiri δεισιδαιμονία est, incantamenta, Solomonis nomine facta, non temere reiicienda esse statuit Spencerus, ad Orig. contra Celsum, p. 17. notarum.

Ad p. XCIII. u. 20.

De loco hoc chronici paschalis integro uidendus omnino Th. Reinesius, V. L. lib. II. cap. XVII, p. 282, ubi et ipse cum Chilmeado facit, et γηθάρην ἀληθείδιον expressam ad uiuum thoraceticus imaginem uertit: quam uere, alii uiderint. Ceterum Reinesius tum alibi, tum praecipue laudato iam loco, chronici huius multas ῥήσεις examinat, reprobat, emendat, hominisque plane idiotae opus esse edocet, quem tamen chronographum Alexandrinum adhuc uocitauit Bernh. Montfauconius, Diar. Ital. cap. XXIX, p. 460.

IN

IN EVSEBĪ HIERONYMIANI LIBRVM PRIORVM
CANONVM CHRONICORVM.

Ad p. XCV. u. 16.

Adiurationem EVsebianam ante praefationem inuenit etiam Tomafinus in codd. Patauinis, et in aliis Pontacus. Praeter Irenaeum, EVsebium, aliosque Patres, simili adiuratione utuntur aliquando, ne uidelicet arcani ista disciplina euulgetur, Alchimistae. Vidimus cod. MS., in quo ita libro cuidam praescriptum erat, *Glossate extra librum, et non in libro, non auferendo uerba philosophorum. Et pro tanto adiuro, & coniuuro, uos omnes, librum meum istum habentes, per excelsum Deum, una cum uirgine dulcissima Maria, matre eius, et per omnes Alchymicos ueros, antiquos, & modernos, ne illum tradere uelit in manibus triffactorum, sed sapientibus illum communicate, ut altissimus Iesus Christus inspiret.*

Ad p. CI. u. 3.

Adde de Babylone, a Semiramide condita, Philonem Byzantinum, de VII orbis miraculis, p. 15. sq., ibique L. Allatium, notis, p. 78, autoresque ibi nobis praetermissos.

ad u. 10.

De Nisibi, quae Antiochia Mygdonia uocata est, uide L. Holstenium ad Stephanum, p. 37, omnino. Apud Nicephorum, H. E. lib. IIX, cap. XIV, inter episcopos concilio Nicaeno praesentes Ἰακωβὸς ὁ νισίβιος memoratur. Addit ille, *Μυγδονία δὲ τῆς ἀντιοχείας ἢ νισίβιος πρὸς τὸν ἐκκαλεῖτο.* De uaria uocis νισίβιος scriptura adde dictis Io. Drusium, ad Hoseae cap. X.

B 3

IN

MIN EVSEBI HIERONYMIANI LIBRVM POSTE-
RIORVM CANONVM CHRONICORVM.

Ad p. CVI. u. 7.

DE loco hoc sane quam uexato uide etiam Sarrauii epistolas,
et P. Colomesium, Gallia orientali, p. 108.

Ad p. CVII. u. 18.

Fabula est, etsi asserat Olympiodorus ad meteora Philoso-
phi, p. 27, a. *ε πανωλεθρα* cataclystica exclusos fuisse AEgy-
ptios.

Ad p. CVIII. u. 17.

Dele ultimum huius uersus uocabulum, duosque postea se-
quentes, usque ad uocem, *durius*.

Ad p. CX. u. 13.

Recta scriptura est THELXION. Nam sane *θελξίων* etiam
dicitur a Lycophronis Scholiasta, Is. Tzetzæ, ad u. CL XXVII,
p. 25, a. Fortasse scriptum primitus THELCSION, indeque illa
THELESION, et THELOSION, orta.

ad u. 20.

De Abraamo historia Arabica est, eum occultatum esse in
montis spelunca natum metu Chaldaeorum, qui eum interfe-
cturi erant, quod suis Dis fatalem fore Astrologi prædixissent.
Abraamus Echellenfis hist. Arab. cap. VI. Abraamus Chaldaea
et Phoenicia litteratura pollens fuit. Vide H. Grotium ad
Matth. V. 31.

Ad p. CXL. u. 22.

De Saracenis, et eorum nomine, quod primum Marci Imp.
temporibus innotuisse e Marcellino Ammiano colligitur, uide sis
Iac. Godofredum ad anonymum Geographum a se editum,
p. 8. sq.

Ad p. CXVII. u. 13.

Ad mentionem Parrhasiorum adiciendus Scholiastæ EVri-
pidis locus ad Orest. p. 103. b. ed. Iuntinae, ΠΑΡΡΑCΙΟΝ] οἱ μὲν
πόλις

πόλιν, οἱ δὲ χώραν εἶναι φασὶν ἀπὸ περράσιου τὸ πελασγοῦ ὄνομαθεῖ-
σαν, ὃς συνώκισε τοὺς δεκάδας, καὶ πελασγοὺς αὐτοὺς ἐπανόμασεν.

ad u. 23.

De diluio Ogygio videndus in primis Th. Brunetus ar-
chaeol. Philos. lib. II, cap. III, p. 246.

Ad p. CXVIII. u. 23.

De Mamertinis τοῖς ἐν μεσσηνίᾳ ita Polybius, lib. I, cap. XIX,
οἱ δὲ μαμερτινοὶ (τοῦτο γὰρ τὸννομα κυριεύουσιν οἱ καμπανοὶ τῆς μεσση-
νίης παρεξηγήθησαν σφᾶς αὐτοῦς) ἕως μὲν συνεχροῦντα, καὶ ἐξῆς.

Ad p. CXXII. u. 17.

Anaxagorae, et Anaxagoreorum, opinionem diligenter,
ut solet, explicuit Th. Burnetus, archaeol. Philosoph. lib. I, cap.
X, p. 139.

u. ult.

Etiam Apollodoro lib. II, p. 59, Criafus uocatur hic Argi-
uorum Rex, et Pherecydi, in scholiis ad EVripidis Phœniss. u.
CIC CXXIII. Verba haec sunt, ἄργος ὁ δῖος γαμῆι πειθῶ τὴν ὠκε-
αίνῃ θυγατέρα: τὸ δὲ γίνετα κείας: τὸ δὲ ἐρδθαλίω, αἶφ' οὗ
ἐρδθαλίω πόλις καλεῖται ἐν ἀργείᾳ, καὶ Φόρβας: τὸ δὲ γίνετα ἀκέρως:
ἔ δὲ ἀργὸν ὀνεώτερον. Iunonis deinde prima sacerdos, quae ab
EVsebio uocatur Callithyia, Spirantis filia, apud Apollodorum
lib. II, p. 60, ἰὼ πειρήνῃ uocatur, Criafique fuisse soror dicitur.
Non memoratur hic Apollodorὸς locus ab H. Valesio ad Polybi-
um, p. 350. sq. ubi ceteroqui diligenter nomina harum Iunonis
sacerdotum, et numerus, e uetustis auctoribus colligitur.

Ad p. CXXV. u. 14.

De statua Memmonis loquente, praeter alios, uidendus
omnino est Fortunius Licetus, ad aram Nonarii terrigenae, cap.
IX, p. 74. sq.

Ad p. CXXVI. u. ult.

An legendum in EVsebio loco, *Quidam scribunt Prometheum,
Menoetium, & Epimetheum.* Menoetius sane tertius Promethei
frater, Atlas quartus. Res nota est e mythographis.

Ad

Ad p. CXXIX. u. 22.

Typographi vitio dicitur in primo Pal. legi, *multa mirabilia*. Est enim ibi, *multa mira* . . . , ut tamen aliquid deesse fini intelligas. De Mineruae olea scholiasta EVripidis ad Orest. p. 82. b, ἡ δὲ ἐλαία τῆ ἀθηναῖ ἱερᾷ, ὡς καλαδείζαση πρῶτη αὐτῶ ἐν ἀθήναις.

Ad p. CXXIX, u. 9.

De Actaeo uise Salmasium de lingua Hellenistica pluribus. ad u. 22.

Eandem cum Suida in uoce κέκροψ rationem cognominis διφυοῦς reddit Nonnus, διονυσ. lib. XLI,

Σύζυγίης ἀλύτοιο συναρίδα δίζυγα κέκροψ,

δηλαδὶ διδάσκειται. Scholiasta Hermogenis Syrianus p. 28, οἱ γὰρ νόμοι διὰ ἔθους εἰσὶν. οἷον. κέκροψ πρῶτον συνήγαγε ἄνδρα καὶ γυναῖκα, ὅς καὶ διὰ τῆτο διφυῆς ἐκλήθη, καὶ τὸ διὰ τοῦτου ἐκράτησεν. Adde If. Tzetzen ad Lycophr. u. CXI. ubi eadem, quae nos e Malala laudauimus, e Ioanne Antiocheno, qui ipse est Malalas, producuntur.

ad u. 30.

De geminis Aegyptiorum litteris copiose docteque differit Th. Burnetus archaeol. Philos. lib. I. cap. VIII, p. 85. Adde D. Hoefschelium ad Horapollinem, p. 168, qui τὰ ἱερογλυφικὰ γράμματα τοῖς δημώδεσιν opposita esse, docet. Nihilominus recte Burnetus, p. 88. l. d., hieroglyphicas Aegyptiorum formas plane a litteris sacris distinguendas esse contendit. Idem praeter has formas hieroglyphicas, alias etiam litteras hieroglyphicas e Clemente tradit in usu fuisse.

Ad p. CXXXI. u. 25.

Quid si in EVsebio uox *Musicus* retinenda sit? Fragmentum incerti scriptoris, de naturali institutione, quod sub finem Censorini L. Carrio olim auctius edidit, cap. X, de rhythmo, ita, *Rhythmus creditur dictus a Rhythmonio, Orphei filio, & Idomeneae nympae Maricae, ut tradit Nicostrius libro, quem composuit de Musico, fratre Rhythmonii.* Scriptor huius libri videtur fuisse Hieronymo suppar, cuius aetate mythologia coepit mire deprauari. Ex eo scri-

BA

fcri-

scriptore II et III caput iisdem fere uerbis descripsit Scholiasta Germanici. Notauit iam olim Ludou. Carrio lib. II. emend. cap. XV. Rhythmonius, pro Rhythmon, metaplasms est, illis temporibus familiaris.

Ad p. CXXXVI. u. 10.

Etsi hodie de pestilentia Aethiopiae nihil in Platone legitur, non tamen olim locus ille defuisse uidetur, ad quem quippe alludat etiam Maximus Tyrius, Philosophus Platonius, λόγου III fine, his uerbis, ἐντεῦθεν ῥεῖ τὸ τῶν κακῶν πλῆθος, ὡς ἀπὸ τῆς αἴτης τὸ πῦρ ῥεῖ, ὡς ἀπὸ τῆς αἰθιοπίας ὁ λοιμὸς ῥεῖ. καὶ τὸ μὲν πῦρ ἐπὶ γῆν ῥεῖ, ὁ δὲ λοιμὸς μέγρι τῶν ἀθηνῶν παρελθὼν ἔση. At τὸν ἐπὶ δακαλίῳ κακῶν κακῶν ἐν Θεσσαλία, & τὸν ἐπὶ Φαέθῳ ἐμπρησμόν, e Platone memorat etiam Origenes contra Celsum, lib. I, p. 16. ed. Spencerianae.

Ad p. CXXXVII, u. 14.

De Desanao hoc Hercule non praetermittendus est Io. Seldenius locus, de Dis Syris syntagmate I, cap. VI, p. 187. Hebraicum nomen *Desanas* esse uidetur, cum filii *Desanot* memorentur II. Esrae V, 31. Non uidetur huc pertinere *Dionysus*, Herculis pater, secundum quosdam. Etymologus, uoce ἈΝΔΡΟΜΕΟΣ de eo, ἀπὸ τῆς ἀνδρός, ἀνδρομῶ, ὡς ἀπὸ τῆς διός, δίομῶ, κύριον, ὁ πατὴρ Ἡρακλέους.

Ad p. CXL. u. 20.

De Apta, Cretensium principe, uide Parthenii ἐρωτικῶν cap. LXXXV, et Is. Tzet. ad Lycophronis u. DCLIII. De urbe Ptera, seu Apta, uide Hesychium in ἀπταρεύς. Vt μοργοί, ἀμοργοί: παισός, ἀπαισός: μόργη, ἀμόργη: πάρενα, ἀπταρενα, de quibus Holstenius ad Steph. p. 31. b. egit, sic πτεράια καὶ ἀπτεράια χώρα recte dicitur. Ἀπτεράιους Cretas meminit Polybius lib. III, cap. LV.

Ad p. CXLIII, u. 14.

Situm conditionemque Lacedaemonis egregie descriptam uide apud Polybium lib. V, cap. XXII, p. 514. sqq. Scholia Euripidis ad Oresten, p. 95. b, ὁ εὐρώτας μὲν τὸν κῆκλυσμόν ἐκ κλήτης ἔχου
C
θυγα-

θυγατέρα ἀσάρεττι, ἣν ἀγαγόμην λακεδαίμων ὁ ταύτης ἀρξας, τοὺς μὲν λέλεγας λακεδαιμονίους, τὸ δὲ ὄρεται ταύγερον, καὶ τὴν πόλιν, ἣν ἔκτισε, ἀσάρεττι ὠνόμασε.

Ad p. CXLV. u. ult.

Arcadem Iouis et Themistus filium esse Istri fuit sententia, ut e Stephano apparet. Neque enim mutanda ibi cum Holstenio lectio uulgata, quam MSS. constanter seruant, cum uerum non fit, ut ex Eustathio patet, autores omnes, praeter Stephanum, Callistus filium facere Arcadem.

Ad p. CXLVI. u. 31.

A LXX interpretibus, qui uulgo dicuntur, γῆ ῥαμεασῆ memoratur Gen. XLVII, u. Ab iisdem πόλεως ῥαμεασῆ conditus Exod. I, u. enarratus est.

Ad p. CXLVIII. u. 17.

Triptolemi istam historiam uberius enarratam inuenies apud Nonnum, συναγωγὴ ἰσοριῶν, ἀδ' ἀσπλιῆ. Gregorii ἔθιμοῦ θεολόγου, cap. LXVII, p. 149, ed. Etonensis.

Ad p. CL. u. 16.

Palaestinus cum Philistaeis eosdem esse docet, praeter Iosephum, Suidas in uoce Φιλιστίνου. Epiphanius etiā, haeresi IX, quae Epicureorum est, ἰουδαία, αἰτ, καὶ Φιλιθαία, οὕτω κληθείση τότε, τανῦν δὲ παλαιστίνη καλουμένη. De etymologia eorum uide omnino Front. Ducaem ad Basilii comm. in Isaiam, p. 84. a.

Ad p. CLI. u. 23.

Lapithus etiam Cypri quidam locus fuit. Polybius, excerptis Valesii de uirtutibus et uitiis, sub fine, p. 1486, καὶ δὲ ταῦτα παλιν ἐπιβουλεύσαντες τῇ κέρει, κέρει γενόμενοι ἐν λαπίθῳ ἔσωμασαν ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῶν, τοσούτον ἀπέχευε ἔκκολάζειν τὸν ἐχθρὸν, καὶ ἐξῆς.

Ad p. CLII. u. 3.

In Mabilione, ex errore puto tyrothetae legitur, ΛΑΜΠΙΑΙΩΝ. Λαμπάιοι, Cretae incolae, ab hac urbe dicti, memorantur etiam a Polybio, lib. IV, cap. LIII, p. 444, et ἡ πῶν λαμπαιῶν πόλις lib. IV, cap. LIII, p. 445.

Ad

Ad p. CLVII, u. 26.

De Minoe, primo *Θαλασοκρατία*, uide Casaubonum ad Polybium, p. 192.

Ad p. CLVIII. u. 16.

Κυρηνη pro *Ναυί* poni praeter nobis allatos autores obseruarunt etiam Ludouicus Carrio ad Valerium Flaccum, Meursius ad Lycophronem, Falkenburgius ad Nonnum, Rittershusius ad Oppianum, Barthius ad Ceirin, aliique forte plures.

Ad p. CLXVIII. u. 23.

Haec Cyrene, regio, *Κυρηνία* etiam, ut reor, aliquando uocata est. *Θεοδόξου, Ἐπισκόπου κυρηνίας*, memoria celebratur menologio, d. II. Martii, in typico *μονῆς* S. Sabbac, cap. XXI, & in Horologio, S. S. a. De adducto Suetonii leco uide H. Norisium ad Cenotaphia Pisana, dissert. II, p. 224.

Ad p. CLXX, u. 16.

An forte hic Rhampses Manethonis est Rampfenitus, ille *ἐν αἰγύπτῳ*, de quo Celsus, apud Origenem contra Celsum, lib. II, p. 94. fabulatur, in orco eum fuisse *καὶ συγκυβευκέναι ἐν αἴθου τῇ δημητρῷ, καὶ ἀνελεῖν δῶρον παρ' αὐτῆς χειρῶμακτρον χρυσοῦν φέροντα*. Habet & Herodotus *ἐν εὐτέρπῃ*.

Ad u. 23.

De *Spartis* adde dictis autoribus scholia EVripidis ad Phoeniss. u. DCLXXIII, quae cum scholiis Apollonii, ubi diuersi plane scriptores laudantur, curate conferenda sunt.

Ad p. CLXXIII. u. 19.

De daedaleis istis statuis ita in schedis MSS. ueteribus, quae C. Barthii olim fuerunt, scriptum inuenimus, *Daedalus aues fecit metallinas argenteas, quas uolare fecit artificioso spiritu, id est, uento incluso. Dicitur etiam inuenisse simulacra se mouentia. Primus enim omnium pedes statuarum a se inuicem separauit, aliis coniunctim eas fabricantibus, qui cum filio nauis fugiens propter inuestigabilem fugam pennis anolasse aestimatus est. Adde omnino Io. Brodaeum ad antholog. p. 479. Palladium etiam, auctore ex Apollodoro, Is. Tzetza ad Lycophronem, p. 43. b, *Τείπηχου ἦν τῶ μεγέθει, τοῖς δὲ**

C 2

πρὸς

ποσὶ συμβεβηκός. Locus Apollodori est lib. III, p. 180, de quo uide omnino Th. Reinesium V. L. lib. III, cap. V, p. 417.

Ad p. CLXXII. u. 23.

De Karthagine, Tyri colonia, Appianus, καρχηδόνα, δὲ τὴν ἐν λιβύῃ Φοίνικες ὠκισαν ἔπειτα ἕως ἀλώσεως ἰλίου Praeter Karthaginem e Tyri coloniis fuit insula Melita et Gaulus, uti probauit ex EVripide Sam. Petitus, ad LL. Atticas, p. 51, sq.

Ad p. CLXXXII u. 28.

Taurum στρατηγὸν uocauit EVsebius. If. Tzetzes ad Lycophronem, u. CIΘ CCXIII, p. 125, κνώσος, πόλις ἐπὶ κρήτης, ἔθεν ἦν καὶ ταῦρα, ὁ στρατηγός, ὁ τῶν ἐυρώπῳ ἀρπάξας, ὁ κνώσισι. De uario uocis στρατηγός significatu uide B. Vulcanium, ad Aristotelis de mundo librum p. 203, et If. Casaubonum, ad Athenaei lib. V, quanquam contra Casaubonum, στρατηγὸν τῶν ὀπλων aliter interpretandum cum S. Petito, ad LL. Attic. p. 249, censeam.

Ad p. CLXXXII. u. 15.

Huic numero DCCLXXXV assignandum est bellum τῶν ἐπὶ ἀθῆναι, quod priori apposuit Hieronymus. Vide Sam. Petitem ad LL. Atticas, p. 52.

ad u. 24.

De ostracismo, ab ipso Theseo instituto, uide uarias, ueterum maxime, sententias apud eundem Petitem, ad LL. Atticas, p. 368.

Ad p. CLXXXIII. u. 21.

Videant alii, quam uera fit illa genealogia, quam nescio quonam ex historico profert If. Tzetzis ad Lycophr. u. ∞ CCVI, p. 124. ὅτι ὁ Ζεὺς τῇ θήβῃ μιγείσας αἰγύπῳ γενναί, οὗ θυγάτηρ κάρχη, ἀφ' ἧν ἦτε τῆς αἰγύπῳ πόλις θήβη ἐκλήθη, καὶ ἡ κάρχηδων νῆσος.

Ad p. CLXXXVI. u. 12.

Agamemnon ultra mensem reditum a Troiae oppugnatione non distulit, si Senecam sequimur, ut taceamus AEschyllum,

lum,

lum, qui eodem die, quo euersum fuit Ilium, 'reducem quoque Agamemnonem praestare satagit. Vide Sam. Petitem ad LL. Attic, p. 57.

Ad p. CLXXXIX. u. 5.

Vtrum Memnon Aethiops prope Troiam, an in patria, fatis suis functus sit, e uariis scriptoribus bene disquisiuit Mart. Del-Rio ad Claud. lib. I. de laud. Stilic. u. CCLXIX, p. 59. Vide et Freinshemium ad Curtium lib. IV, cap. IIX, no. III, et Raph. Fabrett. ad tabell. Iliad. p. 351. sqq.

ad u. 12.

De uaria in MSS. vocis *Mopsuestiae* scriptura uide ad Cicer. lib. III, ep. fam. IIX, notas Iani Gebhardi, et Iac. Gronouii, qui ultimus illam etiam urbem aliquando *Mopsian*, vel *Mospean*, dictam fuisse ariolatur. Mopsucrenae ceteroqui Constantium AVG. decessisse, propter scriptores a nobis allegatos, affirmat etiam Nicephorus, H. E. lib. IX. cap. L.

Ad p. CXC. u. 5.

De Lydorum *βαλασοκερῆια* ad Polybium, p. 192, ubi de iis populis, qui maris aliquando domini fuere, eruditum instituit, quae plane euoluenda est.

Ad p. CXCI. u. 7.

Nostrae emendationi fauet Linius lib. I. cap. III.

Ad p. CXCII. u. 7.

Sic male *Thyamemus* apud Frontinum olim lectum pro *Tysamenus*. Vide emendantem If. Casaubonum ad Polyaei lib. II, p. 690.

Ad p. CCVI. u. 8.

De Hipponactis hoc loco, ut distinguendus sit, vide L. Allatum ad Philon. Byzantinum de VII mundi spectaculis, p. 88. notarum. Smyrnā Lydiae faisse ascriptam, probat Ian Rutgerfius V. D. lib. II. cap. I. Potuit Smyrna suburbanus uicus Ephesi esse, ut Chalcedon CPoleos suburbium fuit apud Nicephorum lib. XV. cap. III.

BA

C 3

Ad

Ad p. CCXII. u. 9.
Plane uera nominis huius Corinthiaci Regis scriptura est *EVdamus*. Sic Lucumonis Corinthii pater *Damaratus* uocatur, apud Liuium, lib. I, cap. XXXIII. *Demaratus*, non recte, ut puto, legitur apud Liuium lib. III, cap. III. Sic *Damippus* Lacedaemonius, non *Demippus*, in eodem Liuiio lib. XXV, cap. XXIII, nuncupatur. *EVdamus* aliquis gladiator ab Afconio ad initium orat. Ciceronis pro Milone memoratur.

Ad u. 28.

In EVsebio Scaligeri Graeco legitur, $\kappa\tau'$ δέ πινας ε', ut desit uox ετη. Dicit ergo Casaubonus ad Polyb. p. 194, id esse, $\kappa\tau'$ δέ πινας εκτοι. Vide eum.

ad u. 28.

Caluifio, et aliis recentioribus, hic Assyriorum Rex *Acnarmes* uocatur. Videndum, an sit *Asbazareth* ille magnus, qui memoratur II. Esr. V, 69.

Ad p. CCXIII. u. 10.

Non damnanda est lectio *Remulus*. Ouidius lib. IV. Fast. *Agrippam natum Remulumque nepotem*. Contra metrum peccaret, qui ibi *Romulumque* reponendum esse contenderet.

Ad p. CCXVII. u. II.

Aliquando $\sigma\epsilon\rho\delta\alpha\nu\acute{\alpha}\pi\alpha\lambda\lambda\circ\varsigma$ scribitur, prout legitur etiam in Polybii excerpt. Vales. p. 1377, et p. 1471, eamque scripturam Caluifius probat e Cicer. III. de Rep., *ut sis et nomine et uitiis deformis*. *Pallus* et *cripallus* enim nomina nupta sunt. Hanc orthographiam si accipimus, ruit iterum coniectura Harduini, quod *Sardanapalus* dicatur quasi *Sardan απαλός*. In *απαλός* secunda syllaba longa inuenitur aliquando in anthologia, sed in sequioris aetatis poeta, quae ueterum autoritati non praeiudicat.

Ad p. CCXXI. u. 26.

De $\acute{\alpha}\nu\alpha\chi\theta\epsilon\nu\iota\sigma\mu\acute{\omega}$ illo Virgilii uide Brodaeum, lib. III. Miscell. cap. III, et adde Albericum Gentilem, Lect. Virgil. cap. IIX, p. 71.

Ad

Ad p. CCXXII. u. 7.

Sic etiam ὁ θεολόγος ἀθηναῖος. Atheniensibus adscribit triremium primum usum. Sed Nonnus ad eum, συναγωγῆ ἰσοριῶν, cap. LXVII, p. 149. recte ait, λέγει δὲ ὁ θεῖος γρηγόριος ὅτι καὶ ἡ ναυπηγία ἐστὶ ἀθηναίων ἔκρη. οἶμαι δὲ αὐτὸν λέγειν περὶ τῆς ναυμαχικῆς τέχνης. ναυμάχοι γὰρ καὶ ἄκρον οἱ ἀθηναῖοι. ναῦν δὲ λέγονται οἱ πρῶτοι φοίνικες ναυπηγήσαι, τρίτην δὲ ἡ σμίραμις. Tamen animaduertere debebat Nonnus, non primum hoc dixisse Gregorium.

Ad p. CCXXIII, u. 27.

De ludis Olympicis et Evsebii in primis de iisdem locis, egregie egit Sam. Petrus ad LL. Atticas, pp. 54---60.

Ad p. CCXXIX. u. 25.

Recta scriptura est *Tyrimnas*. Τυρμίνου, Thyatireni Dei indigenae, mentio fit in ara, apud Sponium, ignotorum Deorum aris, num. XLIII. Sed Sponius male *Tyrimnum* nuncupavit, castigatus eo nomine a Jac. Gronouio, praef. ad Tom. VII. Antiq. Graec.

Ad p. CCXXIX. u. 9.

Apes etiam βουγενεῖς uocantur a Bianore, lib. I. Anthologiae, cap. XXXVII, epigr. XVI,

Φεῦ, βρέφους ὡς ἀδίκως εἴλεσε βουγενεῖς,

ad u. 31.

Est tamen etiam Archinus aliquis, cuius θεσσαλικά allegat Scholiasta Pindari ad πυθ. γ'. Αρχῖνον aliquis, si lectio sana est, citatur a Stephano in ΔΩΤΙΟΝ.

Ad p. CCXXXIII. u. 18.

Crustumerini Varronis uidentur potius a *Crustumerio* dicti, oppido memorato Liuiio lib. I. cap. XXXIX. At *Crustumeri* eidem Liuiio

Liuiio

Liuius lib. I, cap. IX, *Crustumini* dicuntur, ubi et *Caeninenses* per diphthongum scriptum legitur.

Ad p. CCXXXIII, u. 16.

Alius est *Εὐχχοῦς* martyr, sub Saporis persecutione, apud Nicephorum Callistum lib. II, cap. XXXVII; pro quo nomine *Bochras* legitur apud Sozomenum H. E. lib. II, cap. XI.

Ad p. CCXXXV, u. 19.

Apud Liuium lib. I, cap. XVI, est *ad caprae paludem*, in omnibus, etiam Gronouiana, edd., nec mouent quicquam, qui MSS. libros inspexere.

Ad p. CCXL, u. 19.

De *nudipedalibus* tum Hebraeorum tum Lacedaemoniorum uide Tomasinum de donariis cap. V, p. 47.

Ad p. CCXLII, u. 17.

De Stagira, Philosophi patria, uide in primis P. I. Nunnefium libello de uita Aristotelis.

Ad p. CCXLVI, u. 17.

Horatium Puluillum, iterum consulem, dedicasse Capitolium autor etiam est Liuius lib. II, cap. II, X. Sed infra retine *muros*, Liuius lib. I, cap. XXXIX, de eodem Tarquinio, *Nam et muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quae nondum munita erat, cingere parat, et infima urbis loca, circa forum, aliasque interiectas collibus conualles, quia ex planis locis haec facile subuehebant aquas, cloacis, e vestigio in Tiberim ductis, siccat.*

Ad p. CCLV, u. 8.

Τὸ ἐξemplάριον usurpat etiam Ignatius, epistola ad Smyrnaeos, ad quem Is. Vossium uide, p. 262. Retinet quoque ibi *exemplarii* uocem uetus interpres Armachani Vsserii.

Ad p. CCLVI, u. 17.

Latumias etiam praefert Io. Fr. Gronouius ad Liuium lib. XXXVII, cap. III, p. 359. *Triumuirum carceris latumiarum* memorantur Liuius, lib. XXXII, cap. XXVI. Asconius Paedianus in Cice-

Cice-

Ciceronis action. in Verr. II lib. I, p. 269, ed. Gronouii, Latumiae, *carcer Syracusis, Latomiae autem, Lingua Siculorum, lapicidinae dicuntur, id est, loea, caesis lapidibus exsecta.* Ibi tamen I. Gruterus e Pall. codd. *lautumias* praefert, et, sic scribi debere, liquere ait ex uerbis Sabini apud Senecam libris controuerfiarum.

Ad p. CCLVII. u. 2.

Hippys, uel *Hipys*; ut uidelicet apud Suidam Ἴπυς legitur, reponendum censuit Vossius, de poetis Graec. p. 22, hoc nomine reprehensus a P. Colomesio, Gallia orientali, p. 141.

Ad p. CCLIX. u. 30.

Eodem fere modo, apud Athenaeum lib. XIII, p. 577, καλλιὰδου τῶ κωμικοῦ incidit mentio, ubi potius legendum est καλλιίου, quum scilicet Calliadae Comici mentio nusquam alioqui extet. Caussam porro non habuit Fabricius, cur e solo hoc Athenaei loco diuersum aliquem a Callia Comicum, Calliadem dictum, floruisse statuatur.

Ad p. CCLXI u. 9.

De ludis saecularibus singulari libro egit Onuphrius Panuius, qui nuper inter monumenta miscell. Ital. erud. Parmae, tom. 1, p. 247. sqq. denuo lucem aspexit.

Ad p. CCLXIII. u. 2.

Sub Pompeii, aut circiter, tempora, Erinnam Poetiam uixisse, credat, qui uolet. Si id uerum, quomodo, quaeso te, Asclepiades, Poeta epigrammatographus, cuius Scholiastra, Theocriti meminit ad Idyll. VII, quique Berenicen laudauit Anthol. lib. et cap. IIII, et Theocrito certe coaenus fuit, laudare potuisset, hanc Erinnam, et ἐννεακαιδεκέτη obiisse tradere, lib. III Anthol. cap. XXV.

ad u. 22.

Sic sanequam superior videtur esse numerus census Atheniensis. Athenaeus, lib. VI, κλησικλῆς δὲ ἐν τρεῖτη χροσικῶν τῆ

D

δεκά-

δεκάτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν Φησὶν Ὀλυμπιάδι ἀθήνησιν ἐξέτασμον γενέσθαι ὑπὸ δημοτερίου τῆ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν ἀττικὴν, καὶ εὐρεθῆναι ἀθηναίους μὲν δυσμερείους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετρίκους δὲ μεμείρους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. Athenis enim hoc modo tantum fuere 21000. Censi intelliguntur more ueterum, qui centum millia in professione detulissent, ut notat Afconius ad Verrinas, qui et *Classici* dicebantur.

ad u. ult.

In Polybio uulgata etiam aliquando scriptura habet μάλλι, pro μάλλι. At excerpti Polybiani XXIX, p. 1158, titulum, in quo μάλλι scriptum legitur, a recentiori manu esse arbitror.

Ad p. CCLXVI. u. 10.

Annos tantum XX Alexander Macedonem regnasse, uti plurimi autores tradunt, ita ueritati maxime consentaneum esse, probauit Sam. Petitus ad LL. Attic. p. 247.

ad u. 25.

Hieronimi expositio plane recta est. Lege Sam. Petitum ad LL. Attic. p. 312. Sed, quod addit Petitus, et e Theodori Prisciani Medici loco suspicatur, Menandrum ad Cephisodori Comici rationem, ὡν comoediam διδάξαι, id quidem non arripet. Verum,

Φθέρουσιν ἤθη χροῖ, ὀμηλία κακαί,

EVripidis alii esse reputant, interque eos Nicephorus Callistus, H. E. l. b. X, cap. XXVI, ubi, postquam produxisset locum, subiunxit, δείκνυσι δὲ τοῦτο καὶ τοῖς εὐριπίδου δράμασιν ἐμφιλοχορήσαντα τὸν παῦλον. De Disexarotho, Menandri Comoedia, alias quinque coniecturas affert Th. Reinesius, Var. Lect. lib. III. cap. II, p. 383. seq.

Ad

Ad p. CCLXVII. u. 28.

De Serapidis simulacro adde omnino Spencerum ad Origenem contra Celsum, lib. V, p. 65. sq.

Ad p. CCLXX. u. 20.

Ο θεοπάτωρ non tantum *Dis genitum* notat, sed etiam aliquando actiue usurpatur. Sic enim a patribus Dauides ο θεοπάτωρ, id est, Pater τῆ θεοθεώπια, dicitur. Ceterum ο βάλας etiam nomen Persicum est, quo *Regem* signabant. Vide Th. Reinesium V. L. lib. I. cap. ultimo, p. 119.

Ad p. CCLXXII. u. 7.

In Ciceronis loco, apud Suetonium de clar. rhetor. cap. II. laudato, *Equidem memoria teneo*, legitur. Ceterum idem ibi Grammaticus, quemadmodum in Eusebio, *L. Plotius Gallus* uocatur. Miror igitur, cur in fragmentis Ciceronianis, etiam in Gronouiana editione, *Plautius* scribatur, Miror igitur, cur in fragmentis Ciceronianis, etiam in Gronouiana editione, *Plautius* scribatur. Meminit eiusdem Plotii Cicero, orat. pro Archia, cap. IX, *Itaque C. Marius eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari.* Lambinus ibi edidit *Plautium*. Ibi recte Ianus Gruterus, *Idem id quidem Plautius*, ait, *sed libri, ut edidi, Plotius habent,*

Ad p. CCLXXV. u. 23.

Nicopolis haec iuxta Actium Nicephoro H. E. lib. V, cap. XI, et ante Eusebio, lib. VI, cap. XVII, νικόπολις ἢ πρὸς ἀκίω uocata est. Nicephori locum recte emendauit ita Fronto Ducaeus. In MS. enim corrupte erat, τῆ πρὸς αἰκίω νικοπόλι. In Suida, ἀκία scribit Rich. Bentley ad Callimachi fragmenta. ἀκία ἐν νικοπόλι memorantur apud Gruterum, Inscript. p. CCCXIII, 1. Seruius, qui Ambraciam putauit esse Nicopolim, deceptus forte est non bene inspecto Polybii loco, lib. III, cap. LXIII, p. 455, αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, πρὸς ἡγεῖα χαράδραν, ἀπὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν πῦν

D 2

ἀμβρα-

ἀμβροτικὸν καλούμενον κόλπον, ὡς σενάτατος Ἰσι κτ' τὸ τῶν ἀκαρνάνων
ἱερὸν, καλούμενον ἄκλιον.

Ad p. CCLXXIIX. u. 4.

Caesaream Philippi eandem esse cum *Caesarea* τῇ πανιάδι,
porro conficit Niceforus, lib. X, cap. XXX, H. E.

ad u. 22.

Etiam de Hygino equidem ualde dubito, quod unquam
Polybistor fuerit appellatus. Hieronymus e Suetonio hanc ῥῆσιν
adiexit, e libro de illustribus Grammaticis. Ibi, cap. XX, de
hoc Hygino ita legitur, *Studiosè et auide imitatus est Cornelium Ale-*
xandrum, Grammaticum Graecum, quem, propter antiquitatis notitiam,
polybistorem multi, quidam historiam nominabant. Vereor, ut Hie-
ronymus haec Suetonii verba ceperit recte, uel certe recte in-
spexerit, quae dicunt Alexandrum ita uocatum esse, quod uel
Suidae testimonio uerum esse potest, non Hyginum.

Ad p. CCLXXIX. u. 1.

Cyprianus uocatur Iuuenco, lib. 1. histor. E Vangel. Adde Rad.
Fornierium Quotid. lib. I. cap. XXX.

ad u. 16.

Δελμαίεις etiam memorantur Polybio, excerpt. Legat.
CXXIII, p. 1326.

Ad p. CCLXXX. u. 7.

Octavianus tamen, tam recens, quam uidetur, non est.
Cum οὐκ ὠουϊανός de AVgusto iam legatur in Dione Cassio lib.
XLVIII, p. 365, ed. Leunclauiana.

Ad p. CCLXXXI. u. 7. sqq.

Apud Nicephorum, lib. I. cap. XVII, μωθηνήν habetur. Pro
Timolus deinde interpres Nicephori habet *Timolus*, sed in Graeco
textu τμῶλ est. Temnus Nicephoro τῆμ est. Pro τῆμν apud
Polybium, τῆμν legitur. Vide H. Valesium, p. 373. Pro *Dia*,
Hyreania, in Nicephoro Graeco est, Δία, Τεκανία, κτλ ** Lacunam
exple-

expleuit interpres uoce *Cibyrn*, et delet *ὄγκανίας* uocabulum. *Μοαγέτης κισύρας πύραυ* memoratur apud Polyb. excerpt. leg. XXX, p. 119.

Ad p. CCLXXXII. u. 10.

Aterii nomen in bonis autoribus saepius corruptum est. Sic, quam Diodorus *ἀτέριον*, Dionysius *περμένιον*, Agellius II. 2. *Tbernum*, Plinius VII, 28. *Aeternium*, Cassiodorus *Aternium*, nominarunt, Lilius, lib. III, cap. XXXI, ut est in Sigoniano libro *Ter-cinium* uocat. At Ianus Gebhardus, cuius emendationes MSS. apud nos latent, in primo ac tertio Palatinis codd. *Appium A-ctinum* inuenit. Adeo hoc nomen saepius uarieque corruptum est. De Phlegontis Tralliani loco, adde Spencerum ad Origenem contra Celsum, et Io. Philoponum ad Hexaemeron.

Ad p. CCLXXXV. u. 1.

Colasse, et *Colossae*, quod recte scribatur docuit Scaliger. Addimus hic, quod *ἐν κολασαῖς* legatur in Typico *λαύρας* S. Sabbae, cap. XI, menologio ad d. VI Septembris, et in eodem, cap. XIII, menologia ad d. XIIII Augusti, legitur, *ὁ ἀπόστολος πρὸς τοὺς κολασαῖς*. Eadem scriptura inuenitur in eodem Typico, cap. XV. ad d. XVII Decembris, et in Horologio, N. 6. b. Ad Colossenses, non ad Rhodios, apud quos Colossus multo ante tempore terrae motu quassatus corruerat, ut e Polybii lib. V, cap. LXXXIX, apparet, epistolam suam D. Paulus scripsit. Ad Rhodios tamen directam eam fuisse, ante Th. de Pinedo crediderunt et alii, et inter eos Io. de Mandeuille, miles, in itinerario ad partes Hierosolymitanas, et ad ulteriores transmari-nas, scripto Leodii c10 CCCLV lingua primum Gallica, et paullo post in Latinum translato, cuius e MS. cap. III haec sunt sunt uerba, *Est sciendum, quod a CPoli usque ad Rhodum per mare ducuntur leucae octingentae. Hanc insulam totam tenent & gubernant Christiani hospitarii nunc temporis, quae quondam Colossaea [in MS. Colsei] dicebatur. Nam et multi Saracenorum eam sic appellant. Vnde et epistolam quoque beatus Paulus ad habitatores huius insulae perscripsit, intitulatam, ad Colossenses.*

ad u. 6.

Iunii Gallionis fratris meminit Seneca, quaeft. natur. praefatione. *Gravitas* Gallionis Apollinari Sidonio, lib. V, ep. X, memoratur. Scilicet L. Annaeus Nouatus, L. Annaei Senecae frater, Iunius Gallio uocatus est, non Iunius Annaeus Gallio, postquam a Iunio Gallione fuit adoptatus. Vide Vossium de Hist. Latinis. Sed adde Cl. Salmasii iudicium de Floro, quod ei praefigitur in Graeviana editione. Idem Gallio *σκελαός* corrupte uocatur apud Polyaenum. Vid. If. Casauboni notas, p. 753,

Ad p. CCLXXXVI. u. 10.

De hoc Spencerum uide ad Orig. contra Celsum p. 50. De loco Iosephi autores non conueniunt. Syncellus, ut dixi *τρεις μυριάδας διαπεπεσῶς αἰχμαλώτων* e Iosepho ait. At apud Nicephorum, H. E. lib. III, cap. VII, legitur, *ὅτι τοὺς ἐντὸς ἐπτακαίδεκα ἐτῶν φησὶν ἰώσηφ, αἰχμαλώτους ἀχθέντας διαπεπεσῶς, καὶ τῶν δὲ μόνων τὸν δειθμὸν εἰς ἐννέα μυριάδας ἀνδρῶν συναχθῆναι. Malala ἰε μυριάδας ponit. Hieronymus in Eusebio legit, καὶ ἄλλας εἴ χιλιάδας, non, μυριάδας. Quid? si legendum, ὡς δ' ἄλλοι, εἴ μυριάδας. Centum enim myriades, hoc est, decies centena millia habent τὸ πλῆθος τῶν ἀνηρημῶν τῶ τε λιμῶ καὶ ζίφῃ Iosephus lib. VII, cap. XXVI, et ex eo Nicephorus H. E. lib. III, cap. VII.*

ad u. 26.

Eodem modo Nicephorus, H. E. lib. III, cap. V, pergit, *ἔχρησεν γὰρ κατ' ἀνάγκην γε πάντως τὰς τοῦ πάρα ἡμέρας καὶ ἰουδαίους ὑποστῆναι τῆς κτ' τὸν σωτῆρα λύτης τὸν ὄλεθρον, καὶ τῆς θείας δίκης περὶ τῆς, καθ' ἃς ἐκείνοι τὴν κτ' χρεῖσόν, τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην πάντων, τῶ μισοφονίαν κατέσχευον.*

ad u. 28. sq.

Tres ultimos huius paginae uersus dele, et sequenti pagina incipe, *Vetus lectio* etc. Vide omnino Fratris *ὑπομνήματα* de Ciliciae

ciae

ciae antiquitatibus, et de prouincia Cicilica H. Noris ad Cenotaph. Pisana, diss. II, p. 218. Suetonius, cap. IIX, de Vespasiano, *Thraciam, Ciliciam, & Commagenem, ditionis regiae usque ad id tempus, in prouinciae formam redegit.* Ibi lectio defenditur ab eodem Norisio, laudati operis p. 230.

Ad p. CCLXXXVII. u. 5.

De *Gabiniano* uide Lipsium ad cap. XXVI dialogi Taciti, de causis corruptae eloquentiae, ubi hunc EVsepii locum e ms. suo emendauit, et *Gabinianus*, pro olim edito *Gabinus*, recte restituit. De *Musonio* adde Spencerum, ad Orig. contra Celsum lib. III, p. 46. b.

Ad p. CCLXXXVIII. u. 10.

Osroeni, Osdroeni, Ostroeni iidem sunt populi. Regio *Osdroene* memoratur in libello prouinciarum Schoenhofiano. Anonymus Geographus a Iac. Godofredo editus, p. 10, ἑπειτα τῆς ὀσδρόνης ἕδεσσα, καὶ αὐτὴ πόλις λαμπρά. Ζωλικοῦ τινὸς ὀσσηνοῦ (ma- lim ὀσσηνῶ) πρεσβυτέρου meminit Nicephorus, H. E. lib. III, cap. XXIII, et EVsepius, lib. V, cap. XVI. Sed *Ostracinem* Ammianus Marcellinus lib. XXII extremo Aegypti urbem facit in AVgustanica regione. Etiam Gregorius ὁ θεολόγος epist. XVI ὀσρακίνην meminit. Non habuit ergo causam Harduinus, ut, ad Plinii V. H. N. cap. XII, dubitaret, talem unquam locum fuisse.

ad. u. 24.

De *Bosporanis* Regibus, et eius imperii *Βασιλοχαις*, uide Is. Casaubonum ad Strabonis lib. VII, et ad AENEAE Taciti cap. V. Breviarium Rufi Festi, cap. XVI, *Idem Pompeius Bosporanis et Colchis Aristarchus Regem posuit.* Meminit *Bosporanorum* praeter laudatos EVtropius lib. VI, cap. XI, et Dio Cassius, lib. XXXVII, p. 36.

Ad p. CCXC. u. 5.

De *Lysia Quieto*, uide Raph. Fabrettum, de columna Traiani, cap. I, p. VII.

Ad

Ad p. CCXLC. u. 2.

Suem sculptum in muro significasse, Romanae potestati regionem, ubi erat uidendus, subiacere, uoluit Io. Harduinus in Antirrhético contra Valentem, p. 136, qui id demonstrare nititur e Virgilio Aeneid. VIII, 43.

ad u. 17.

Fortasse *Verissimi* recta scriptura est Marcus enim Antoninus Verus duos habuit filios, inquit Herodianus, lib. I. initio, ὡν ὁ μὲν ἕτερος κομίδῃ νέῳ τὸν εἶον μετήλλαξεν. Βηρύσιμῳ δ' ἦν ὄνομα αὐτοῦ. τὸν δὲ περιόντα, κόμμοδον καλούμενον, καὶ τὰ ἕξῃς. Consentit inscriptio Apologiae Iustini Philosophi, quam Antonino Pio obtulit, quae apud Nicephorum lib. III, cap. XXVI, H. E. ita scripta legitur, ἀποκράτορι πύτῳ αἰλίῳ ἀδελφάνῳ εὐσεβεί καίσαρι σεβασῶ, καὶ οὐρησίμῳ υἱῶ φιλοσόφῳ, καὶ λουκίῳ φιλοσόφῳ καίσαρῳ φύσῃ υἱῶ. Ceterum Chalcedonium fuisse Apollonium, probauit etiam Iac. Sirmondus, ad Apollinarem Sidonium, notis, p. 105.

Ad p. CCXCIII. u. 26.

Hoc Septizonium, mausoleum Septimii Seueri Imp., Sixtus V. P. P. ruinae proximum euertit, columnis, aliisque materiis, ad alia translatis. Vide Io. Mabilionis Iter Italicum, p. 83.

Ad p. CCXCV. u. 26.

Immas legendum esse docet etiam Iornandes, cap. LXXXIV, et Rufus in breuiario, cap. XXIV. Adde Salmasium ad Vopiscum, p. 368.

T A N T V M.



bA

